

lobus medius obtuse rhombus, longe maximus; cristae illae baseos laterales externae simulatque descendentes hanc in laminam erectae, auctae, dentiformes, quasi bifidae duas in laminas, altera interna oblonga apice libero acutiuscula, erecta, altera lateralis, dentiformis, prostrata; cristulae similes pusillae in lobis lateralibus dentiformibus supinae. Gynostemium breve, crassum, lateribus et dorso obtusissimum, papillosum. Androclinium triangulum, submarginatum, rostellum retusum. Alae duae obtuse triangulae, carnosae, angulo libero in basi inferiori descendentes, ab angulis androclinii anticis involutae (? ex sicco), ad gynostemii medium, dein margines anteriores carinati; basi ima connati cum basi phyllorum lateralium interiorum, carina a media basi in cristam excurrentem per raphen phyllorum lateralium externum, pro labelli basi recipienda. Stigmati fovea transversa, linearis, minuta; sub rostellum abscondita. Anthera — Epiphyta ebulbis, habitu Kefersteiniarum, foliis oblongo lanceolatis cuneatis, acuminatis, membranaceis. Pedunculi capillares, uniflori, flores illos Cyrtoperae Woodfordi non aequantes. — Genus ob labellum cum gynostemio haud articulatam, tamen non apud, Steniae quodammodo affine visum dicavi ill. Chaubard de flora europaea meritissimo. *C. surinamensis*. Vom Hrn. Universitätsgärtner Kegel entdeckt bei Geiersvlyt in Surinam. Jedemfalls im Van Houtteschen Garten.

Chaubardia.

Perigonii membranacei phylla 5 lanceolata, acuta, externa margines interiorum vix imbricantia, lateralia ima basi connata. Labellum a crista gynostemii basin anteriorem descendente per raphen phyllorum lateralium exteriorum dilatatum in laminam utrinque extrorsum obtusam subcorneam excavatulam nervis quinque cristularum instar elevatis; dein explanatum in laminam valde membranaceam, omnino cum parte basilari non articulatam, trilobam; lobi laterales divaricati, semifalcati, parvi,